

# DE CALCULIS

A.

*Calculus à Valopio repertus.*

B.

*Calculus, cuius Paulus Aegineta meminit.*

**Q**uod in pulmonibus calculi nō aliter atq; in renibus aut vesica gignantur, nō semel ab industrijs Medicis compertum atq; deprehensum est, vt ex longè clarissimi atq; perantiqui Medici Pauli Aeginetæ cōmentariorum lib. 3. cap. 31. apparet, cuius verba subijccere libuit: Expertum certè mihi, inquit, aliquem ex ijs qui sanguinem è pulmone reiiciunt, temporis processu maxima cum tussi & sanguinis copia calculos quatuor aut quinq; expuisse, asperos tribulorum modo, ad magnitudinem siliquarum trium aut quatuor; ac deinde dolore leuatū, paulo pōst tabe consumptum interijsse. Similem casum recenset etiam Alexáder Trallianus lib. 5. cap.

4. sc